Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31491
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



202

ad Timotheum

conscientia bona et fide non ficta. Ad quam quidam
observantes conversi sunt in vanilogium volentes
esse legis doctores non intelligentes
neque quae loquuntur neque de quibus affirmant. Bona
autem lex si quis ea legitime utatur sciens quia lex
iusto non est posita sed iniusto et non subditis
impiis et peccatoribus scelleratis patricidis mat
ricidis fornicariis mendacibus periuris et si quid
aliud sanae doctrinae adversatur secundum
evangelium gloriae beati dei quod creditum est mihi.

Capitulum II. Obsecro igitur primum omnium fieri
obsecrationes orationes postulationes gratiarum
actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui
in sublimitate constituti sunt ut quietam et tran
quillam vitam agamus in omni pietate et castitate
hoc enim bonum et acceptum est coram salvatore nostro
deo qui omnes homines vult salvos fieri et ad
agnitionem veritatis venire. Capitulum III.

Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Oportet ergo
Capitulum III episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris virum sobrium
castum ornatum pudicum hospitalem doctorem non vinolentum
non percussorem non litigiosum non cupidum sed modestum
non iracundum non avaro